www.e-rara.ch

Introdvctiones Apotelesmaticæ elegantes, in Chyromantiam, Physiognomiam, Astrologiam naturalem, Complexiones hominum, Naturas planetarum

Indagine, Johannes ab

[Strassburg], sub annum Domini M. D. XXII

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: https://doi.org/10.3931/e-rara-84446

[Widmungsbrief]

www.e-rara.ch
Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

Visual Library

CLARISSIMO ATQVE DOCTISSIMO VIRO, DOctori Theodorico Zobel, Reuerendissimi in Christo patris domini Alberti Archiepi. Moguntini in spiritalibus Vicario, & eiusdem Metropolitanę ecclesię Scholastico & canonico dignissimo, Ioannes Indagine Decanus Franckfordeñ. Salutem D.

Serus fortasse præmonitor aduenio, consilium allaturus post facta, uir clarissime, de bijs inquam si commonefecero te, quæ hac tempestate suboriri passim uidemus, tumultuari uidelicet et periclitari omnia, si mentem ipsam recolligas. Scis quod ante prædixerim tibi, quam omnes illæ factiones essent exortæ. Sed leuiter subridebas tum, quasi nugas referreremus tibi, atq; ideo serus et importunus narrator aduenio, Nam sic euenerunt. Velimus, nolimus, fatis obtemperandũ est, nolentes trahunt, ut euitari facile nõ possint: sed uel sero sapiamus tamen. Nam serotina sapientia, tametsi cum dispendio paratur, præstat tamen, quã si omnino sapiamus nihil. Sero sapiunt Phryges, & phryx plagis emendatur. Totũ illud quod tum dicebã tibi repeto. Præsagiebam ex astris, nouum Ecclesiæ statum, item bella, seditiones, cõmotionem multarũ gentium, regni aduersus regnũ, pestilentiam, & multorũ necem: quæ nunc partim uidemus esse completa, partim futura sunt. Iam huc omnia tendere uides, ut citra graue periculũ, citra multa incõmoda sequentes annos quattuor transigere nõ possimus. Quæris fortasse, quid hic rursum obganniam tibi. Nempe, ut fidẽ tibi faciam astrorum scientiæ. ex astris hæc petuntur. Tam & si ob uerbum Christi, sint omnia hæc, quod bijs modis incrudescere oportet, bis tragœdijs plantari, bis medijs erigi. Quia tamen interpretes sunt stellæ diuinæ uoluntatis, magnam partẽ stellis debemus: non quia sic cogunt illæ, sed quia prædiffinitũ a deo est, ut quod ipse de nobis decreuit, id illæ nobis cõminarentur, & indicarent. At quid ille decreuit tandem. Sane astra nil nisi bella & instaurationẽ promittunt: miscebuntq; sursum ac deorsum omnia. An non & iam hæc omnia uidemus. & nec dum finis. Vtcunq; repugnetur ab magnatibus, sic futurũ est, ut pompa illa sacerdotũ & monachorũ diminuatur. Semel ponenda corona superbiæ: tametsi id astris principaliter nõ debeamur adscribere, sed irato nobis Christo, gubernatori astrorũ. Hunc quia sine fine lacessiuimus, fieri nõ potest ut effugiamus: multominus reluctari astris possumus: quæ fatum semel a deo præscriptũ minime transgrediuntur: ablegabunt uetera: noua facient omnia. Hæc scribo tibi, ut si quid obturbarint obtrectatores, simul atq; uiderint bis argumentis persuasum te, tua maiestate retundantur. neq; eũ improbari potest facile, ad quod tu calculũ tuum adieceris. Magnã partem studiosorũ persuasisse mihi uideor, si in eam sententiã te induxero, ut credas posse aliquid astra. Sic enim literis deditus ipsis es, ut nõ solum faueas, sed patrocineris etiã studijs. quæ res autoritatẽ tibi peperit, ut si quid probaueris tu, id uelut ex tripode responsum probent oẽs. Quod si fuerint etiã qui riserint, ut sunt cõplures, illud obseruare oportebit ueteris prouerbij: preciũ opere est contemnere contemptũ. Neq; tuã hoc diminuit autoritatem: neq; nos uiliores reddit, si ab malis atq; imperitis nostra nõ accipiantur. Semper optima quæq; pessimis displiceruũt. Non ferunt lucem noctuarũ oculi, & delectantur pedore uultures. Aequa prudentia est, stultũ imperite loquentẽ redarguere, et despicere friuole cauillantẽ: ne sapere sibi uideatur. Auget im plerisq; ueritatis defensio insolentiã, quibus nihil mysteriorũ pandendũ est: ne margaritas conculcent porci, & canes illi. Tu uero cũ uir sis longe optimus, neq; omnino contempti iudicij, rem ipsam expendens, nõ iuxta faciẽ, sed penitius, libuit opusculũ ipsum inscribere tibi, nõ solũ ut abs te autoritatẽ usurpet, uerumetiã fructum capias metipse. Quandoquidẽ ad illud culmen euectus es, ut ad te oẽs spiritaliũ caussæ uelut ad censorem summũ ac maximũ deuoluantur. Licebit ex hoc etiã animos dijudicare, quod & maxime diuinũ est: ita ut sub tuo magnifico nomine plures alij legant, tuã in primis decet autoritatẽ & dignitatem. Munusculũ ipsum noli aspernari, amicorũ donaria. etiã uilissima despicienda nõ sunt. eritq; illud gratissimũ mihi: si tibi mea non displiciant quicquid tandem de illis sentiant alij. Christus te nobis quam diutissime seruet. Vale decus & delitium nostrum. Ex ædibus nostris Steynheim.

vij. Idus Maij. Anno Christo nato.

M. D. XXII.

A